



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manvale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando aquam cernimus. Exer. 50

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](#)

Oblatio.

Offeremus Deo ardētissimum Seraphinorum amorem, qui amore diuinę Majestatis ardēt: ut illorum ardor nostram suppleat frigiditatem

Quando aquam cernimus.

Exercitium. 50.

*Apoc. 21. Ego sicuti dabo fontem aquae ri-
ua gratis.*

*Ierem. 2. Duo mala fecit populus meus: me
dereliquerunt fontem aquae viuae. Et fo-
derunt sibi cisternas dissipatas quae conti-
nere non valent aquas.*

*Psalm. 22 Super aquam refectionis educa-
vit me.*

*Psalm. 123. Nisi quia Dominus erat in nobis,
forsitan aquae absorbuissent nos: Torrente
pertransiuit anima nostra, forsitan per-
irassisset anima nostra aqua intolerabile.*

Consideratio.

Considerabimus Deum esse fontem aquę viuę, ex quo omnia, quę ex-
istunt, aut vitavel perfectione aliquam habet, scaturiunt: & esse mare quoddam
sive abyssum interminabilem omnisper-
fectionis, sapientiae, misericordiae &
bonitatis.

Gra-

Gratiarum actio.

Gratias referemus Deo, quod nobis largitus sit aquam ad quotidiana ministeria necessariam: quodque contactu sanctissimæ atque multidissimæ carnis suæ, quando in Iordanè à S. Ioanne Baptista baptizari voluit, omnes aquas sanctificauerit, illisque virtutem regenerandi atque animas nostras in S. Baptismo, ab omnibus peccatorum soldibus purificandi contulerit.

Confusio.

Pvdore suffundemur: considerando, quam breui tempore, puritas illa quæ per Sacri baptisma-
tis lauacrum nobis collata fuerat,
perdurauerit: cum statim redicri-
mus ad animas nostras peccato-
rum maculis contami-
nandas.

Peti-

Petitio.

ROgabimus Deum , vt aqua gratiæ suæ nōs abluat & refrigeret: vtque nobis largiatur aquam lachrymarum , qua iordes quibus peccata animas nostras folidarunt, eluamus.

Oblatio.

Offeremus D e o aquam illam sanguine mixtam , quæ de late re Christi Redemptoris nostri, cum in cruce pro nobis mortuus , & lancea confossus fuisset , profluxit.

*Quando campos & agros
intuemur.*

Exercit. si.

Psalm. 103. Ascendunt montes & descendunt campi in locum quem fundasti eis.

Psalm. 64. Campi tui replebuntur vbertate.

Prouer.